UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

§. Duodecimus. Summarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

rat nolle juriſdictionem ordinariorum in exemptos impedire alijs quibuſdam in caſibus de jure eis competentibus, de quibus ego ſigillatim alio in loco *de iuriſd. ord. in exempt. libr. 2. quæſt. 45.*

---

§. DVODECIMVS.

SUMMARIUM.

1. *Pontifex poteſt huic conſtitutioni derogare.*

(177) **E**Xemptiones autem de cætero abſque rationabili cauſa, & quorum intereſt minime citatis pro tempore conceſſas nullius roboris, & momenti eſſe decernimus

SCHOLIA.

(177) **E***Xemptiones autem*. De hujus conſtitutionis clauſula, breviter ſcripſimus
1 in dicto noſtro tractatu, ut non ſit neceſſe eadem hic tœdioſa ſuperflui-tate repetere *lib 1. quæſt. 12.* Solet tamen ut & poteſt Pontifex ordinariis non ci-tatis exemptiones concedere, uti teſtatur Emanuel Roderiques *Tract. de Regulari-bus.* Nec mirum quia Exemptionibus adjicit prægnantes illas clauſulas non ob-ſtantiarum de quibus ego inferius.

---

§. DECIMVS TERTIVS.

SUMMARIUM.

1. *Reipublicæ intereſt cito lites finiri.*
2. *Cauſæ ethimologia.*
3. *In cauſis beneficiorum reſervatorum ordinarius non eſt iudex.*
4. *Fructus reditus proventus obventiones quid ſint.*
5. *Exempti non poſſunt in prima inſtantia evocari.*
6. *Bulla explicatoria Conc. Trid. quo ad primam inſtantiam.*
7. *Beneficialis cauſa quæ dicatur & ad quem in ea appelletur.*
8. *Ab interloquutorijs non licet appellere.*
9. *Bulla de non appellando ab interloquutorijs nec ubi agitur de Morum correctione*

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN